

Band XI., Nr. N5686, Seite 539-540

Burkhard Hüpscher, Bürger von Rottweil, beurkundet die Beilegung seines Streits mit St. Blasien wegen eines Zehnten in Spaichingen.

St. Blasien, 1278. Februar 3.

Omnibus Christi fidelibus presens scriptum intuentibus Burchardus dictus Húpscher civis de Rotwil subscriptorum memoriam cum salute. Ut ea que geruntur firma et illibata permaneant, scripturarum et testium indiciis roborantur. Noverint igitur omnes et singuli quos nosce fuerit opportunum, quod mota michi per reverendos in Christo . . . abbatem et conventum monasterii Sancti Blasii querimonia super decima sita in Spaichingen, quam me sub annuo censu videlicet duorum malterorum frumenti a dicto monasterio haberi debere asserui, eadera tandem discordia seu querimonia me consentiente per dilectum in Christo Albertum prepositum de Ohsinhusen et Eber. villicum de Núnkilch sopita taliter extitit et decisa, ut ego omni iuri tam pro me quam pro heredibus meis, quod michi in dicta decima competiit, resignarem et predicti dominus . . . abbas et conventus michi V marcas et unum fertonem ponderis Rotwilensis michi darent, quam pecuniam michi datam profiteor per presentes. In horum testimonium et veritatem presentem litteram sigilli . . . universitatis civium in Rotwil eisdem domino . . . abbati et conventui dedi munimine roboratam.

 Actum apud Sanctum Blasium, anno domini MCCLXXVIII., in die beati Blasii, indictione VI., presentibus Petro de Múnchingen, Hermanno de Hornstein militibus, Amlungo viceplebano in Wilhein, Rüd. notario predicti domini . . . abbatis dicto Flozer, Lütoldo de Clingen¹, Bertholdo de Steinphibach² et aliis quam pluribus fide dignis. Nos scultetus et consules civium in Rotwil rogatu predicti Burchardi sigillum civitatis nostre presenti cedula duximus appendendum.

Nach Abschrift im Kopialbuch des Klosters St. Blasien aus dem 14. Jahrhundert auf Pergament, S. 401, im Stiftsarchiv St. Paul in Kärnten.

¹Altenklingen.

²Vermutlich Steinenbach, Deggenhauser Tal, FN oder Steinbach, Albruck, WT.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

Stiftsarchiv St. Paul in Kärnten

Signatur/Titel des Originals:

Kopialbuch des Klosters St. Blasien, S. 401

Überlieferung und Textkritik:

Abschrift (14. Jh.) auf Pergament.

Editionen:

JOHANN WILHELM BRAUN (BEARB.): Urkundenbuch des Klosters Sankt Blasien im Schwarzwald. Von den Anfängen bis zum Jahr 1299, 2 Bde., Stuttgart 2003 (Veröffentlichungen der Kommission für Geschichtliche Landeskunde in Baden-Württemberg, Reihe A, Bd. 23, 1-2), Bd. 1, S. 679 f., Nr. 527.

Literatur:

Müller: Privaturkunden Kloster St. Blasien, S. 90, Nr. 186.

Weitere Angaben

Überlieferungsart:

Abschrift

Beschreibstoff:

Pergament

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

St. Blasien

Ortsindex:

Altenklingen (Schloß), Wigoltingen, Kt. Thurgau, Schweiz
 Hornstein Wohnplatz (21053)
 Hornstein, Bingen, SIG
 Münchingen Wohnplatz (15782)
 Münchingen, Wutach, WT
 Neukirch Wohnplatz (12411)
 Neukirch, Rottweil, RW
 Ochsenhausen Wohnplatz (17448)
 Ochsenhausen, BC
 Rottweil Wohnplatz (12416)
 Rottweil, RW
 Spaichingen Wohnplatz (14153)

III

Spaichingen, TUT
 St. Blasien Wohnplatz (15605)
 St. Blasien, WT
 Steinbach Wohnplatz (15263)
 Steinbach, Albruck, WT
 Steinenbach Wohnplatz (18538)
 Steinenbach, Deggenhausertal, FN
 Weilheim Wohnplatz (15698)
 Weilheim, WT